

litione, ratio naturalis non potest procedere, nisi per natura...

Posterior autem pars probatur. Nam suadere, & reddere verosimilem incarnationis possibilitatem...

S. II.

Objectiones contra veritatem assertam.

VII. Primum obijcit contra primum. Qui evidenter non potest solvere omnia argumenta impugnantia...

IX. Respondet primo, vel negando absolutam maj. vel eam distinguendo. Qui evidenter evidenti positi...

XI. Secundum obijcit contra eandem. De illo potest evidenter constare, quod sit possibile, de quo evidenter constat...

ter credibilia; ergo &c. Maj. probatur primo. Qui evidenter cognoscit, aliquid esse credibile fide divina...

Secundo. Quod est evidenter impossibile, est evidenter incredibile; ergo quod est evidenter credibile...

XII. Respondo, neg. maj. Nam evidenti credibilitatis ex aliis principis sumitur, quam evidenti possibilitatis...

XIII. Ad primam probationem maj. dico, in illo discursu variari appellationem. Nam quando dicitur, hoc est evidenter credibile fide divina...

XV. Tertio obijcit. Satis Angelus sua naturali perspicacia potest cognoscere incarnationem esse possibilem...

XVI. Respondo, nego ant. pro utraque parte. Seclusa enim revelacione Angelus nec suspicari potest, substantiam divinam posse ad aliam naturam se extendere...

XVII. Respondet potest secundo, omnia maj. diff. min. Si ipsa incarnatio prius venerit in mentem, conc. min. Si prius venerit in mentem, nego min. Ut ergo argumenta, de quibus agitur, solvi possunt...

XVII. Replicabis. Supernaturalitas non officit, quin incarnatio possit ab Angelo concipi, ut possibilis...

Deinde, non minus supernaturalis, accidens existere in se, quam naturam substantialem subsistere non in se...

XVIII. Respondo, nego anteed. Ad exemplum de resurrectione mortui, & illuminatione caeci, dato quod earum possibilitas possit ratione naturali cognosci...

Ad exemplum de accidente negari potest, absque revelatione mysterii Eucharistiae, posse naturaliter Angelum suspicari...

QUESTIO II.

De Existencia Incarnationis.

In carnationem fuisse peccatum in Jesu Nazareno, qui fuit verus Deus, & homo, ac Messias in lege promissus...

D U A T V M I.

De existencia Incarnationis probari posse adversus Gentiles.

S. I.

Argumentum Primum ex Miraculis.

Existencia Incarnationis adversus Gentiles non potest efficaciter probari ex Scripturis, quorum illi auctoritatem non admittunt. Nec etiam potest adversus illos probari...

II. Validum ergo testimonium credibilitatis peractae in Christo fuisse Inarnationis perhibent miracula, quae in eius confirmationem Jesus ipse paravit, & proponitur sub hac forma...

III. Maximum item miraculum fuit illuminatio caeci nati, quae narratur cap. 9. unde caecus ipse, qui vidit, exclamavit, v. 32. A factulo non est auditum, quia quis aperuit oculos meos...

XVII. Respondet potest secundo, omnia maj. diff. min. Si ipsa incarnatio prius venerit in mentem, conc. min. Si prius venerit in mentem, nego min. Ut ergo argumenta, de quibus agitur, solvi possunt...

in Filium Dei? Et respondente ipso: Quis est, Domine, ut credam in eum? Dixit ei Jesus: Et vidisti eum, & qui legitur...

IV. Rursum: Post paratum illud miraculum, cum Judaei, Joann. 10. vers. 24. Dominum ita interrogassent: Si tu es Christus, dic nobis palam, eis respondit vers. 25. Loquor vobis, & non creditis: opera, quae ego facio in nomine Patris mei, haec testimonium perhibent de me...

V. Hoc item evincunt etiam alia miracula facta per Apostolos, & Christi divinitatis assertores, in hujus veritatis confirmationem; quae vel ab ipso Ethnicis relato reperuntur, quaeque sub eorum oculis contingerunt, & in dies adhuc contingunt. Idem testatur Terentianus, Elyphius, quae praeternaturam acciderunt in Passione, & Morte Christi, de quo Evangelistae, Matth. cap. 27. v. 51. & Luc. 23. v. 44. Et tenebra factae sunt super universam terram usque ad horam nonam...

VI. Probanda supernaturalitas consequentia, nempe miraculis factis in confirmationem incarnationis esse testimonium inescapabile credibilitatis ejus. Quod praesto sit. Vera eadem miracula solus Deus potest. Unde S. Thomas 1. 2. q. 1. art. 4. docet, Deum solum miracula facere posse, quia, ut ait quilibet, 114. art. 5. Miraculum proprie dicitur, quod fit praeter ordinem naturae creatae, sub quo ordine constituitur omnis virtus creata: Deus autem vera miracula facere nequit in confirmationem doctrinae fidei, ut ostendimus, Tom. 1. in 2. Tractat. de Fide, q. 2. art. 6. S. 6. etiam ex S. Augusti. Immo non solum Deus nequit facere miracula ad confirmandam doctrinam falsam; verum neque communicare homini potestatem ea faciendi, eique permittere, ut abutatur ad confirmandam doctrinam falsam. Hoc enim perinde esset, ac permittere, ut seductor consignaret mendaciam sigillo illo, quo Deus veritatem signat; & ut testimonia Dei (qualia dicuntur in Scripturis miracula) quae sunt testimonia primae veritatis, fierent testimonia fallitatis & mendacii...

VII. Frivolum enim primo esset dicere, miracula Christi fuisse praestigiosa, & sensuum indicationes, non vera miracula. Nam quod Lazarus vere mortuus, quatuordecim annorum, & jam foetens, vivus & sepulchro prodierit, alante populi multitudine, & postea multo tempore vixerit: item quod a nativitate caecus, ut talis a parentibus agnitus, postea visderit, & hoc ipse confessus fuerit, nequaquam certe potuit esse fraudulento sensuum. Eo vel maxime, quod sensuum illusiones vixit, ac vidit, id in se non experiret, sicut Lazarus, & caecus experiebantur. Ad hoc: Scribae & Pharisei, qui Christo adeo erant insensati, ut dicerent, eum virtute Demonis miracula facere: post diligentissimum examen, maxime in sanacione caeci nati facta, nunquam ausi fuerunt effugere, praestigia fuisse Christi miracula; & cum deprehendissent, Lazarum vere vivere, manducare &c. qui fuerat caecus, vero videre...

VIII. Secundo, Frivolum, vel potius impium esset dicere; Christum virtute Diaboli miracula peractae. Nam inter mirabilia, quae faciebatur Christus, erat effectio Demonum; hoc autem virtute Demonis fieri non poterat, Christo ipso redarguente eos, qui hoc credebant, Luc. 11. vers. 16. Si autem & Satan contra seipsum divisus esset, quomodo stabit Regnum ejus? Deinde multa fecit Christus, quod omnem virtutem creatam excedunt, ut resuscitatio mortuorum, illuminatio caeci nati. Et licet aliqua fecerit, quae quis suspicari potuisset, Demonem posse facere, eo tamen modo fecit, quo virtute Demonis fieri non poterant. Fecit enim multa solo verbo, sine alicujus naturalis virtutis applicatione; fecit in instanti, & sine ulla mora, quod Demon facere nequit. Ea insuper faciebatur orando, imperando, secreta cordis pendendo; faciebatur autem ad manifestationem gloriae Dei, eisque cognitionem, ad victoriam evulsionem; & legis divinae observationem, & regni Diaboli evulsionem; quae profecto virtute Diaboli non fecisset...

IX. Tertio, Statum esset asserere, miracula fuisse Christo attributa, & ab ejus discipulis confecta, non ab ipso vere parata. Hoc enim incredibile est: alias eodem ratione, praeterea; miracula Christi, ab Evangelistis, narrata, fierunt facta non in angulo domus, sed in medio Jerusalem, adhan

te populi multitudine: ut in illuminatione cæci nati, qui oculis luto linitis, iustus est per medium civitatem...

S. II.

Alia pro Creditibilitate Incarnationis.

X. Secundum argumentum sumitur ex poena Judæorum, sic: Jesus Nazarenus dicebat de seipso, se esse Filium Dei naturalem...

XI. Tertium argumentum est mirabili mundi conversione profertur. Predicatione enim piscatorum conversus est mundus ad credendum...

XII. Quartum argumentum exhibet permanentia Ecclesie, sic. Promissio Christus, Matth. 16. v. 18. Tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam...

XIII. Quintum sumitur ex testimonio Martyrum, & mirabili conversione multorum Infidelium ad credendum Christi divinitatem...

sim testantur, multi Infideles videntes Martyrum tormenta, repente conversi Christum verum esse Deum concesserunt...

Et omnibus igitur supra expensis, & aliis motibus inferitur Mysterium Incarnationis, sui divinitatis Christi esse evidenter credibile, evidentiâ factum morali...

D U B I U M II.

An Existentiâ Internationis possit contra Judæos demonstrari.

S. I.

Exponeitur Vaticinium Jacob.

I. Ut probemus adversus Judæos Incarnationem esse peractam: probare debemus, Messiam in lege promissum, iam venisse, & hunc fuisse Jesum Nazarenum...

Ut autem ostendamus, Jesum Nazarenum, qui sub Pontio Pilato, in Judoa per Romanis Præside, crucifixus fuit, esse Messiam in lege promissum; demonstrare debemus...

II. Primum ergo Vaticinium, idque celebre, de Messia habet Geof. 49. Ibi enim Jacob filius suis benedicens, cum venisset ad Jadam, inter alia, dixit vers. 1. Non auferetur sceptrum de Juda, & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est...

III. Ex hoc Vaticinio formo hunc discursum. Jacob vaticinatus est, sceptrum, & Principatum non esse auferendum a Juda, seu a Gente Judaica, donec veniat Messias...

IV. Negant Jacobi antecedens hujus discursus. Primo enim contendunt aliqui, vocem hebræam, Schevet, quam Latinus Interpretis vertit Sceptrum vel Virgam, hoc loco non indicare virgam dominationis...

V. Dicunt ergo secundo Hebræorum alii: prædicto Vaticinio, non fieri sensum, quod adventiente Messia sit auferendum sceptrum a Juda, sed oppositum: id est, post adventum Messie, sceptrum, quod Messis Tribui Juda restituit, nunquam ab ea auferendum...

Non enim semper ly Donec importat cessationem rei; sed aliquando in Scriptura etiam sumitur pro rei continuatione, aliquo posito. Sic, 8. Genes. vers. 7. de corvo dicitur: Non revertetur, donec siccatur aqua super terram...

VI. Futilis tamen est hæc oppositio. Ly enim Donec usitata Scripturæ more, significat cessationem, non continuationem. Dum enim. Gen. 3. v. 19. Adamo dicitur: In sudore vultus tui...

tui vultus pane tuo, donec revertaris in terram, de qua juraveris: non reddite reversus, quod homo debet veli pane in sudore, etiam postquam reversus sit in terram...

Scio aliquando (sed raro) ly Donec in Scriptura accipi pro continuatione rei, aliquo posito. Sed hoc, absque ullo fundamento, Jacobo Vatinio aptatur. Primo. Quia antiqui Judæi, & præcipue Cædicarum Paraphrasum Auctores hanc vocem Donec pro cessatione rei interpretantur...

VII. Judoorum alii dicunt tertio: Verbum illud Sile, pro quo Latinus Interpretis posuit Qui mittendus est, significare urbem Sile, in qua multo tempore fuit arca Domini, & ibi (ajunt) Saul undus est in Regem. Ita ut sensus Vaticini sit iste: Non recedet Principatus a Tribui Juda, donec veniat Sile...

VIII. Sed interpretatio hæc est aperte falsa. Tum quia supposito, antequam Saul ingrederetur Rex in Sile, sceptrum, seu Principatum fuisse in Tribui Juda, & in Saule defecisse, hoc autem profusum falsum est. Nam qui ante Saulem Principatum tenuerunt in populo Judaico, ut Moyses, Judices, Helii, Samuel, non fuerunt de Tribui Juda, sed potius de Tribui Levi...

IX. Quarto. Volunt alii, per hæc verba: Qui mittendus est, non indicari Messiam, sed Nabuchodonosor Regem Cædicorum, quem, Jeremia, & Ezechiele testibus, Deus misit ad castigandam Judoorum scelera...

X. Sed hi longius a veritate aberrant. Hoc enim Oraculo indicari Messiam, veteres omnes, tam Christiani, quam Hebræi conveniunt; eademque est Onkelos, Jonathan: & Targum Jerosolimitani sententia. Quod si horum Interpretum tanta est vetustas, eorum consensio demonstrationis loco habenda est...

Nulla autem fundamentum Nabuchodonosori Vaticinium aptari potest. Quomodo enim ille Expectatio Gentium dici potuit, qui postquam omnium Gentium exercatio fuit, ut legitur apud Isaiam, cap. 42. Balfum quoque est Nabuchodonosori tempore Regnum Judoorum penitus defecisse...

S. II.

Prædictum Oraculum in Jesu fuit impletum.

XI. Circa inoprem fufsumsum, in discursu a nobis supra facto, nempe, quod Principatus tunc solum a Juda penitus defecit, quod venit Jesus Nazarenus, omnes Christiani conveniunt quidem contra Judæos hæc negantes...

Judæi ergo aperte negant, penitus ab eis ablatum fuisse jñs Regni, & Principatus. Volunt enim, adhuc florentissimum Regnum fuisse Echnalotarchia et tribu Juda perseverare in Asia, & in aliis remotissimis mundi partibus habere Duces perpetua successione...

Corr Theol. Tom. II.

ni historia probare conatur. Josephus etiam lib. 11. Antiquit. cap. 7. scribit, decem Tribus trans Euphratem deportatas in immensam multitudinem sua ætate excevisse: idemque fuit Orosius, lib. 2. cap. 7. Quod et lib. 2. Histor. cap. 13. erui videtur, ubi legitur, decem Tribus in longinuas terras abisse, ut ritus suos absque impedimento observare possent...

XII. Inter Christianos quoque discrepato est circa sensum illorum verborum: Non auferetur sceptrum de Juda. Non enim sceptrum Judaicum continuo duravit in sola illa Tribu a Jacobi obitu, usque ad Jesu Nazareni adventum...

Populus ergo Hebræus statim post egressum ab Egypto, & legem a Deo acceptam, cepit habere Principes, qui ex sua essent Gente: non eadem tamen Principatus specie. Qui Hebræis primo imperarunt, fuerunt Duces Moyses, & Josue: Neuter tamen fuit ex Tribui Juda; Moyses enim ex Tribu Levi, Josue ex Tribu Ephraim originem traxerant...

Post hæc Imperium fuit pene Reges, quorum primus Saul fuit ex Tribu Benjamin. Saui successit David ex Tribu Juda. A Davide, usque ad captivitatem Babylonicam, hoc est per annos quadringentos septuaginta tres, potestas Regia mansit in Tribui Juda...

Hæc famibus, quomodo impletum esse sustinebitur Jacobi Oraculum? Nam hoc promittit, Principatum futurum in Tribui Juda usque ad Messiam adventum; & tamen constat, ex mille & quingentes annis, qui ab egressu ab Egypto ad Christum usque fluxerunt, Tribum Juda fore annis quadringentis septuaginta tribus eam summam potestatem fuisse immo hæc ab ea fuisse ablatam quingentis & viginti annis ante Christi Jesu adventum...

XIII. Antequam ab hoc nodo conetur nos extricare, discipanda est fabula Judoorum supra narrata de Regno, quod sibi adhuc superesse in Asia, vel paribus remotissimis continentibus. Hoc enim merum esse signum, testantur vel Rabini celeberrimos, ingenue confessos, Judæos Regia potestate, sceptro, ac dominio penitus excidisse, secundum illud Osæ Vaticinium, cap. 3. vers. 4. Dixi multos stabant illud israel sine Rege, & sine Principe, & sine Sacrificio, & sine Altari, & sine Ephod, & sine Teraphim...

Præterea Regnum istud florentissimum, quod decantant Judæi, in sola eorum phantasia situm demonstrant viri illustres; qui omnibus mundi partibus etiam diffusi, ac impetrivis peragitatione illustrati, Judæos ubique servos, nulli dominos invenere. Auctores autem, qui oppositum referunt, vel nullius fidei sunt, si sine Judæi; vel de audio hoc dicunt; nempe enim hoc Judoorum Regnum seorsum vidisse testari potest. Que de decem Tribubus ultra Euphratem transportatis scribit Josephus, Orosius, & Auctor libri 4. Ebraicæ, ut apocrypha rejicienda sunt...

XIV. Expediti ab his Judoorum nugis, superius expostam difficultatem aggredimur. Ut eam solverent, in diversas vias iverunt Christiani Theologi: Lyranus, Tostatus, alique censent, ablatum in Sæcæcia sceptrum a Tribui Juda penitus non fuisse; sed solum captivitate, in Zorobabele Tribus illius Principe suscitatum fuisse, deinde ad ejus posterum derivatum, & tandem ad Assamonæos, qui esto paterno gene...





scriptura legitur: Dabo tibi Gentes hereditatem tuam. Et possessorem tuam terminos terra, censent, Messiam tereno Regno...

VI. Altera causa Iudice incredulitatis est: quia e contra mystice exponunt, quae ad litteram sunt accipiendi; sicut illa verba...

VII. Tertia causa est: quia Iudaei capere non possunt, seu verius nolunt, Messiam futurum, verum Deum & hominem...

VIII. Quarta causa est: quia miracula a Jesu edita nolunt credere; sed dicunt, ea vel fuisse conficta, vel non divina...

Quod enim de Vespasiano legitur, in Aegypto morante, caeco visum restituisse; hominemque calcata eius manu curasse...

Quod autem de Apollonio Tyanico scribit Philostratus: quod non solum in Caelum elatus sit, sed quod tot miracula ediderit...

IX. Opponunt denique Iudaei: multa in Scripturis signa de Messia praenuntiari, quae Jesu Nazareno non congruunt...

X. Respondeo ad singula. Ad primum: quod Messias dicitur futurus in novissimis diebus; non quibus caelaturus est Mundus...

Ad secundum dico, legem Evangelii esse diffusam ad omnes Gentes; quae praedicatione Apostolorum fluxerunt ad Jesum...

bus Gentiibus aliqui. Quare Isaias ibi dicit v. 2. Ibius ad unum populi multi...

DUBIUM IV.

An Incarnatio debito tempore peracta sit.

S. I.

Resolvitur Dubium.

I. Hoc certum est, Deum fuisse incarnatum eo tempore, a quo ipse voluit: unde in questione de tempore Incarnationis, non est quaerenda alia ratio a priori...

II. Rursus supponitur ut certum, potuisse Deum, absolute loquendo, incarnari, sive ab initio, sive in fine mundi; & si voluisset, convenientissime fecisset...

III. Dico ergo primo. Non fuit convenientis, ut Deus incarnaretur ab initio mundi, antequam Adam peccaret. Ita Sancti Thomae...

IV. Dico secundo. Non fuit convenientis, ut Deus incarnaretur statim post Adae peccatum. Probate S. Doctor citato loco quatuor rationibus...

V. Secunda ratio est. Ut paulatim a statu imperfectiori naturae homo perduceretur ad statum perfectiorem legis Scripturae, & ab hoc ad statum perfectissimum legis Evangelicae...

VI. Tertia ratio est. Propter dignitatem Verbi incarnati, cuius adventum praecedere debebant praecognitione Prophetarum...

to major Index veniens, tanto praecipuo longior series praecedat, (ait Sancti Augustini Tractatus 31. in Joann.) & Sanctus Leo Sermon. 13. de Passione...

VII. Quarta ratio est. Distancia a suo principio debilitatem facit in effectu; qui debilior est, quo magis dilata a suo principio; si ergo Incarnatio ab initio Mundi facta fuisset...

VIII. Dico tertio. Non fuit convenientis, Deum differre Incarnationem usque ad finem mundi. Probate S. Thomae 4. 2. 2. quae 1. art. 6. primo scilicet. Ordo naturae petit, ut id, quod est causa perfectionis...

IX. Dico quarto. Incarnatio congruenter facta est in medio temporum. Probate S. Thomae citato art. 6. in arg. Sed contra, ex illo Habacuc 3. v. 2. Dominus qui sum, in medio annorum visifica illud...

S. II.

Solvuntur ea, quae in hanc videtur.

X. Incarnationem debuisset fieri ab initio Mundi, contra secundum Alerium videtur, primo. Nam Incarnationis opus ex immensa Dei charitate procedit: fed charitas non tardat subvenire amico necessitatem patientis...

Secundo. Christus venit in hunc mundum peccatores salvare facere, 1. ad Timoth. 1. vers. 17. fed plures salvati fuissent, si Incarnatio facta fuisset ab initio mundi...

Tertio. Quoties plus differat medicina, tanto periculosior invalefcat morbus; fed sapienter Medicus est, ut morbi periculum evitet; ergo videtur, quod acceleranda fuisset Incarnatio...

run condicione. Si enim Medicus statim a principio egrediente medicinam daret infirmo, minus proficeret, vel magis laederet, quam juvaret...

XII. Ad secundum nego absolute min. Sicut enim facta modo Incarnatione, illi soli salvantur, qui sunt praedestinati; ita etsi ab initio facta fuisset, illi soli salvati fuissent, qui fuissent praedestinati ad vitam aeternam...

Ad objectionem vero Ethniciorum, S. Augustinus citato loco, eam primo retorquet: in ipsas, scilicet Suorum Deorum Sacra, quae certis temporibus sunt instituta, profuerunt iis, qui antea obierant...

XIII. Ad tertium respondet S. Thomae in 3. dist. 1. q. 1. art. 4. ad 3. Quod aliter est in morbo spirituali, quam corporali: ad sanationem enim corporalis morbi non exigitur, ut infirmus vim medicinae...

XIV. Occurrunt Iudaei, volentes, Messiam venturum in fine mundi, contra tertium Alerium primo. Gen. 49. v. 10. Jacob convocatis filiis suis praedixit adventum Messiae...

Secundo. Quod potest fieri per unum, non debet fieri per duo: sed Christus venturus est in fine mundi; ergo non debent dari duo adventus...

XV. Respondeo ad primum, primo. Ly in novissimis diebus, ut supra dictum est, intelligi de fine Legis, & Prophetarum, non vero de fine mundi...

Ad secundum respondet S. Thomae 3. part. 2. q. 1. art. 6. quod sicut dicit Chrysostronus Hom. 27. in Joannem. Duo sunt Christi adventus...

Tertio. Quoties plus differat medicina, tanto periculosior invalefcat morbus; fed sapienter Medicus est, ut morbi periculum evitet; ergo videtur, quod acceleranda fuisset Incarnatio...

